

Deinde clara voce, præterquam a Vesperis dicitur Versus:

**D**ómine, lábia mea apéries, **R.** Et os meum annuntiábit laudem tuam.

**V.** Deus, in adjutórium meum inténde. **R.** Dómine, ad adjuvándum me festina.

Glória Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Allelúja.

¶ Sic dicitur Allelúja ad omnes Horas,

præterquam a Vesperis Sabbati ante Dominicam I Quadragesimæ usque ad Completorium Feriæ IV Majoris Hebdomadæ inclusive; tunc enim dicitur:

Laus tibi, Dómine, Rex aeternæ glória.

Postea dicitur conveniens Invitatorium, quod ante Psalmum bis integrum recitatur, et ad singulos ejusdem Psalmi versus vel integrum vel dimidiatum ab Asterisco \* alternis vicibus, ut infra, repetitur.

## AD CONCLUDENDUM EASDEM

Post ultimam Orationem additur:

**V.** Domine exaudi orationem meam. **R.** Et clamor meus ad te veniat.

**V.** Benedicámus Dómino. **R.** Deo grátias.

**V.** Fidélium ánima per misericórdiam Dei requiescat in pace. **R.** Amen.

**V.** Dóminus de nobis suam pacem. **R.** Et vitam æternam. Amen.

**V.** Divínam auxiliúm máneat semper nobíscum. **R.** Amen.

**Antiphona Finalis Beatae Mariæ Virginis**

**R.** PRO TEMPORE PASCHALI  
egína cæli, latáre, allelúja ;  
Quia quem meruísti

portáre, allelúja,  
Ressurxít, sicut dixit, allelúja.

Ora pro nobis Deum, allelúja.

**V.** Gaude et lætare Virgo María, allelúja.

**R.** Quia surrexít Dóminus verre, allelúja.

## Oratio

Deus, qui per resurrectionem Filii tui, Dómini nostri Jesu Christi, mundum lætificáre dignátus est: præsta, quæsumus ; ut, per ejus Genitricem Virgínam Mariám, perpétuæ capiamus gáudia vitæ. Per eúndem Christum Dóminum nostrum.

**R.** Amen.

## DIVINI OFICII

## JUXTA RITUM ROMANUM PERSOLVENDI

## ANTE DIVINUM OFFICIUM

Ante quam inchoétur Officiúm, laudabiliter dicitur, sub singulari semper numero, sequens Oratio; pro qua summus Pontifex Pius X Indulgentiam centum dierum concessit.

## Oratio

**A**perí, Dómine, os meum ad benedicéndum nomen sanctum tuum : munda quoque cor meum ab ómnibus vanis, pervérsis et aliénis cogitátiónibus ; intelléctum il-

lúmina, afféctum inflámma, ut digne, atténte ac devóte hoc Officiúm recitáre váleam, et exaudíri mériti ante conspéctum divínæ Majestátis tuæ. Per Christum Dóminum nostrum.

**R.** Amen.

Dómine in unióne illús divínæ intentiónis, qua ipse in terris laudes Deo persolvísti, has tibi Horas (vel hanc tibi Horam) persólvo.

## ANTE SINGULAS HORAS

Ante Matutinum, sicut et ante Laudes a Matutino extra Chorum separatas, et ante omnes Horas, præterquam ad Completorium, dicitur secreto:

**P**ater noster, qui es in cælis, sanctificétur nomen tuum. Advéniat regnum tuum. Fiat volúntas tua, sicut in cælo et in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hódie. Et dimítte nobis débíta nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos indúcas in tentatiónem ; sed libera nos a malo. Amen.

**A**ve Mariá, grátia plena ; Dóminus tecum : benedícta tu in muliéribus, et benedíctus fructus ventris tui Jesus. Sancta Mariá, Mater Dei, ora pro nobis peccatóribus, nunc et in hora mortis nostræ. Amen.

In principio autem Matutini ac Primæ additur Credo.